



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Vitae Sanctorvm**

complectens sanctos Mensium, Aprilis, Maii & Ivnii

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Vita S. Medardi, Episcopi Nouiomensis. ex ea, quæ est per Fortunatum presbyterum. Migrauit è corpore anno Domini 564 loan. Papæ 5. Iustiniani Imp. 38. sub Clotario Fra[n]corum rege: numeratur verò ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42716**

**C. Baro. to. 7** VITAS. MEDARDI, EPISCOPI NO-  
annalium & uemensis. ex ea, quæ est per Fortunatum presby-  
in. not. mat. Roma. terum. Migravit è corpore anno Domini 564.

Ioan. Papas. Iustiniani Imp. 38. sub Clotario Frat-  
corum rege: numeratur verò 14, eius sedis Episcopus.

S. Inaij

**B**eatissimus Medardus egregiæ sanctitatis vir, patre Nectardo, matre verò Protagia genitus, apud Salentiacum, hæreditariam prædecessorum suorum possessionem, natus atque altus est. Puer itaque sanctus sub parentum tutela diligenter educatus, studioque literarum adhibitus, breui temporis spatio, præ ceteris consodalibus suis scientiæ lumine eminentius claruit. Porrò adhuc puerulus, præcipuo quodam pauperum alendorum studio tenebatur; adeò ut frequenter, & cibum, & vestitum sibi necessarium detraheret, ac pauperibus bœueuolè admodum largiretur. Et quanquam non raro ea propter, parentum indignationem incurreret, pius tamè puer cui pauperū cura assiduò sub pectori viuebat, nullo modo ab eo benefaciendi studio renocari poterat.

**Benignitas**  
eius in pa-  
peres.

Cum die quodam parens eius ex itinere fessus, equos suos in prato viridi ei custodiendos committeret, & fortuitò hominem quandam ephippio onustum, pertransire videret, percunctori puer cœpit, qua de causa, tam graui onere onustus incederet, cum ipsa via, sat laboris ac molestiae adferret. Cumque ille tristis voce responderet, equum suum casu deperisse, puer qua erat benignitate, statim unum ei ex patris sui equis obtulit, ac hæsitanti viatori penè inuitro obtrus.

obtrusit. Eques tam insperato munere exhilaratus, cum multis gratiarum actionibus latus abscessit.

Post eius discessum, cum iam instructo prandio, puer per quendam seruitorum ad mensam vocaretur, ille qui ad id missus venerat, eminens propiciens, videt puerum, propter effusam imbrum vim, latebras querentem; & ecce aquila expansis super eum alis volitans, tam congruenter puerum cooperuit, ut cum circumquaque pluvia etus. illa grassaretur, puer tamen nullam eius iniuriam perciperet. Quo viso, seruulus ingenti sane admiratione captus, concitus reuertitur, & parentibus, totique familie non sine multa stupefactione, aquilam super puerum ex ordine pandit obumbrationem. Illi auditis mirabilibus, rurunt certatim ad locum, si forte visu etiam probare possent, quod auditu didicerant. Vbi vero illud ventum est, intuentur diligentius, & ipso suorum oculorum testimonio, miraculum veraciter confitentur. Pater & mater praeterea gaudio super filio illachrymantes, Deo puerum commendant, ac non sine multa deuotione, charissimae fove sobolis innocentiam retractant. Inter haec milites, quibus equorum cura incubebat, recensisit equis, vnum deesse reperiunt; quem a puero indagantes, blande ac leniter parvulum demulcent, instanter ab eo requirentes, si quem per eum damni huius adiuuenire possent recuperatione. Cumque a famulis ea de causa, & priuatim, & publice argueretur, appropinquans patri rei ei ex ordine pandit, Miratur pater filij benignantem, & licet damni aliquantulum sibi non ignoraret imminere, tamen de optima pueri indole sibi gratulatus est plurimum.

Aquila cum  
a pluua tu-

Inte-

Nun

Interim Christus Dominus qui nulla rem agis, quam benignè faciendi disciplina delectatur, ipso eodem momento, magnum subito dignatus est declarare miraculū. Nam cùm denuo equorum suorum sollicitè recenserent numerū, diuina sic operante maiestate, totam eorum integratē ex improviso reperiunt. Mirantur astantes, familia cūcta latatur. Pater cum matre, filium quam familiariter amplexatur, & vt in altiora se subrigat, lachrymabiliter cohortantur. Fili, aiunt, omnia nostra tua sunt; Tu, aiūt, & nostro, vt tibi visum fuerit, in Dei gratia vere patrimonio: vt nos tecum confortes perennis vitę habeas in præmio. Non diffidebant enim, se eius oratione saluari, quem tantis à Deo virtutibus illustrari videbant.

Accidit postmodum, vt inter indigenas de terminis non modica oriretur altercatio. Cumque post longam contentionem, ad dirimenda agriculturæ sive processissent confinia, contigit & puerum Medardum adesse. Vbi verò ventum est ad locum, cùm diuersi diuersa sentirēt, puer cernens lapidem terræ fixum, qui agrorum terminos distinguebat, super eum pedem iniecit, dicens; Hic est terminus, & huius contentionis limes certissimus. Et ecce, ad leuissimum eius cōtactum, lapis ille ita subsidit, velut cera à facie candardis ferri liqueficit. Apparet equidem figura plantæ pedis eius, in cādem caute, adeò subtiliter expressa, vt à nullo artificum expressius excupi possit. Ita contentionē sedata, Dominum qui magna operatur in minimis glorificant, redierunt in sua. Extat idem lapis in hodiernum usque diē, magnæq; apud omnes venerationis habetur. Perspicientes aut boni parentes,

*Equus diuinatus restiuitus.*

*Vestigium pedis eius, in saxo perduratum.*

tes, bonæ sobolis suæ indolem, Episcopo eū, qui tunc Viromandensi præterat Ecclesię, commendauerunt; qui eū beneuolè amplexatus, in omni disciplina, ingenuè, & liberaliter admodum educauit. Decuris autem magna cum sanctitatis laude inferiorum graduum ordinibus, tandem sacerdotale coactus est ad officium. Postquam vero sacerdotio initiatus est, Deus per multa eū insignia, mundo non dignatus est declarare.

*Fit sacerdos.*

Interea Viromandensis antistes, magno sui reliquo desiderio, ad superos migravit: & Medardus, licet inuitus, ad ecclesiastica gubernacula admotus est. Quod vero inuitus suscepit, feliciter & intentè administravit. Plurimos siquidē de ipsis mortis fauibus, ad vitam & verbo, & exemplo reuocauit. Verum cùm vniuersa ferè Gallia antè deuastata esset, quād ad eam Sedē promoueretur, & adhuc infinitis subiecta miserijs, intolerabiles Vandalorum, Hunnorum, Hungarorum, & aliarum gentium irruptiones lamentaretur: prorsus, ut præ nimia desolatione, ad internectionem usque, indigenæ omnes penè deuenissent; vir sanctus Viromandensem sedem, sano satis usus consilio, Nouiomum transtulit. Dum autem hæc fiunt, Eleutherius Tornacensis Antistes, (qui à puerò intima familiaritate Medardo coniunctus fuerat) vita munere sancte perfunctus, ad cælos migravit, & Medardus regis ac procerum, plebisque totius voluntate, eiusdem Ecclesię curam suscipere cogitur.

*Creatur VI-  
romandensis  
Episcopus.*

Igitur cùm importunis populi clamoribus volens nolensque, ad eam pariter dignitatem traheretur, paruit vir sanctus, & duas illas ecclesiias, utriusque tamen Cathedrali suo ho-

*Episcopatus  
Nouiomen.  
instituitur.*

*Suscepit eu-  
ram ecclesię  
Tornacensis  
coactus.*

nore permanente, vnam fecit. Ibi verò quot, & quantas à fera & barbara planè gente & idolorum superstitioni nefariè addicta, passus sit iniurias nullis verbis explicari potest. Vicit tamen viri sancti constantia impios eorum conatus, quibus non raro ad supplicium eum expetebant. Vicit, inquam, & duriora adamante, infidelium corda, pietatis studio ita emoliuit ut ferocem illam Flandrensum gentem, suā Nouiomensi ecclesiae associasse gauderet; quas totis quindecim annis, licet aliquo itineris interuallo remotæ essent, ad diuinum cultum informare non destitit.

Huius autem temporis spatio in omni sanctitate transacto, grauissima corporis infirmitate corruptus, migravit ad Dominum. Ijs fortè diebus Clotarius Rex decumbentem inuiserat, atq; ut se post mortem Suectionem transferri patetur, & precibus & auctoritate peruicit. Itaq; ut primū obitus eius certior factus est per medias plorantium lachrymas, cum Episcopis irumpens rex, suis ipse humeris corpus sanctissimum sustulit, & ad urbem Suectionicam translutit. In via verò cecus quidam ad feretrum accessit, eiusque contactu, fidei virtute, qua mirabiliter incensus erat, oculorum lumen recepit.

Cùm verò ad locum sepulturæ peruenientum esset, quidam vastis catherinarum loris brachia, surasque deuinctus, per medias sese properantiū turmas, non sine multa difficultate iniecit. Cui mox ut sancti Confessoris concessum est tangere operimentum, omnia dissiluere repagula catherinarum, diruptisque compedium vinculis, cum multa gratiarum actione lætabundus exultabat. Postquam verò secratissima membrata

Rex Clota-  
rius suis hu-  
meris cor-  
pus gestat.

Miracula  
ad feretrum  
eius.

mulo clausa fuere, duæ niuei candoris columbe  
cælitùs demissæ, alarum applausu sancto gratu-  
lari yisæ sunt; & eccè alia quædam de tumulo  
descendens, pari candore cum duabus illis ad  
calos euolauit.

Peractis autem beatissimi athletæ inferijs,  
Rex Clotarius viri sancti corpus, nouæ ecclesiæ  
fabrica honorare voluit, sed morte præuentus,  
id negotij Sigeberto filio suo commisit; qui ec-  
clesiam sane insigni opero visendam, construxit  
& auro atque argento, ac necessarijs in officio  
ecclesiastico ornamentorum varietatibus exor-  
nauit egregiè, ac postremò, censu, redditibusq;  
regijs excellenter ditauit; & quod multo præ-  
clarius est, viros pietate & eruditione præstan-  
tes, vnde cunq; euocauit: qui die nocteque, di-  
uinæ ibidem Deo laudes exolucent. Ibi verò  
per beatissimi Pôtificis Medardi meritum, glo-  
riosa fulgent miracula; ibi varijs detenti infir-  
mitatibus, grata consequuntur remedia; ibi pec-  
catores graui conscientiæ pondere pressi, sub-  
leuamen sentiunt, & Christi gratiam abundan-  
ter obtinent; quam nobis idem Dominus, sancti  
Confessoris sui intercessione quoque largiri di-  
gnetur.

MARTYRIVM SS. PRIMI & FELICI. C. Baron.  
ani. ex eo quod est apud Surium. Passi sunt anno Annal. tom.  
2. & in not.  
Domini 303. Marcell. Pap. 7. Dioclet. & Max. 20. mart. rom.

**P**rimus & Fœlicianus ciues Romani, ac  
Christianæ religionis cultores eximij, eā  
maximè ob rem compræhensi, & in vincu-  
la missi sunt: qnōd idola negarent, se responsa  
Nnn 3 dare

Iunij 9.